

**G**loria serue bone in modico fideliis mitra m gaudium tui

novae. a Beatus alle seruus cum uenerit dominus eius.

mit ianuam & misericordia eum inglementem. a Fidelis seruus

domini colitur dominus ipsi famulam suam. e voguae. a

in quo dolis non est. e voguae. a Serue bone

m gaudiu[m] domini tuu. e voguae. ex almanit. v Os n

ancillame confessor domini monachorum pater et dux

ante p nostra omnitum q[ue] salute. e voguae. In se. uer. a

cens. a Colocet. a Discepisti. ex Justus ut palma. Su

retulerit dominus o mas rectas & ostendit illi


P. 6, 72

ov.

ll.  
4

B. v. 181. 788.

16



DE SACRA SCRIPTURA

DISPUTATIO III.

qua est

DE AUCTORITATE

SCRIPTURÆ ALTERA, IN QUA

Pontificiorum opinio anascevastice destruitur, eiique op-  
posita veritas explicatur & catastevastice astrui-  
tur seu confirmatur,

Ad publicam συζήτησιν in Academia Gryphisval-  
densi proposita

et

BARTHOLEMÆO BATTÖ S.S.

Theologiae Doctore & Professore,

Respondente

BARTHOLDO KRAKEVITZ

Nobili Rugiano,

17. Martii.



GRYPHIS VVALDI  
Exscripsit Augustinus Ferberus Junior,  
Anno c. I. o. I. CIV.

Magnificis & Nobilissimis viris Domino ERASMO KUSS.  
SOVIO hæreditario in Müggenwalde & Megow aulæ VVol-  
gastanæ Cancellario fideliss. & Dn JOHANNI KRAK-  
VITZ, hæreditario in Postelitz, ejusdem aulæ consiliario  
digniss. Agnatis & Mæcenatibus suis officiose  
colendis.

**U**L T PER MVLTV M INTEREST, STRENNVI ET  
Nobilissimi viri, castra hostium eo in loco, in quo summum præsidium  
& munimentum collocatum est, non solum aggredi, verum etiam devincere,  
quippe quod capite & nervo militiae destructo, catena vel spōtē corruant, vel fa-  
cili labore diripiantur; ita quoq; non parum ē re belli Ecclesiastici ἀσπόνδυ  
quod cum Papiculis Iesuitis Lutherana Ecclesia intercedit, erit, si quis arcem &  
a caput Controversiarum, ex quo Romana Ecclesia salus & integritas dependet,  
eate defendere aggredietur, destruat. Quis autem, si, quæ sint in orbe Ecclesiastico  
sorij obe-pugnæ, vedit, non videt, hoc præcipue, quā obtineant, Papam cum gente La-  
dientiæ A-jolana anxiè laborare: Ut Ecclesia Romana, inque eâ summus  
b. Archie- Pontifex Papa dictus, Christi (Sicut Bieli placet a) vicarius legiti-  
piscopus mē constitutus, jus habeat universale definiendi, constituendi & imperandi  
Florenti- omnibus reliquis Ecclesiis b, sit caput, rex, sponsus ecclesie adeoq; Dominus cæ-  
nus parte lestium, terrestrium & infernalium c, Quid? qui nec scriptura, ad quos  
3. Sum. Tit. 23. c. 3 omnes & singulos nos Salvator remittit d, subjectus, sed suā, quam sibi in  
§ 2. C. ea scripturam arrogat censurā, hanc sibi, licet eam θεόπνευσορ, καὶ προφήταις  
demparte. ἡρ ἄγιοι θεοὶ αὐθεῖοι ΤΠΟ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΑΓΙΟΥ φεζόμενοι  
titul. 22. ἐλαχαστροὶ εἰναι Petrus indigit, subditam, cui, qua & ipse loquatur, & in  
cap. 5. ante Ecclesia definiat aequalia esse proclamare non verentur f, Ecclesia porro, non  
§ de pote- state Pape, quidem vere, quod si facerent aliquid obtinerent, sed illis sic dicta, Romanas  
d. Deut. scilicet, tantam largiuntur potestatem, quam recte inspecto negotio Tyranni-  
12. dem dicas, ut sacra S. in qua tamen ipsa Ecclesia fundata est, & ad quam, si  
c. 2. Petr. de Ecclesia dubites, tanquam ad principium, inviti licet, recurrent, nihil  
1 v. ulti- mo. auhoritatis aut ponderis habeat, nisi id ab Ecclesia, adeoq; ut ipsis placet,  
f. Francis-Romana impetrat, g, Hujus Septicollis Bestię cū sophismata, quibus pro summa  
eius Coste-Ecclesia in scripturā sacrā authoritate pugnat, precedens disputatio abundè di-  
cūs in En- luerit, ut nisi forte apud adversarios pudor onis desloruit, quin consentiant fa-  
chir. con- trov. cap. cere nō possint, hāc, quā vobis, Strenui & Nobiles viri dicata volo ὥθεδοξίας  
1. de sacra funda- menta erroneæ doctrinæ opposita comprehenduntur. Quam ut benevo-  
S. pag. 46. lo animo accipiatis & me meaq; studia vobis commendata habeatis ac juvetis  
g Eccius etiam atq; etiā rogo. Valete cum optima vestra familia. GRYPHISWALDII  
in Enchir. 16. Die Martij, qua Christus Lazarum resuscitavit.  
de author. S.Scr. An- V. M. Studioſissimus  
chad. lib. 2. defens. cō Trid. Bartholdus Krakevitz Rugianus,



# Thefis I.



Ulm inter omnes constet , verbum Dei ,  
quod scriptura sacra , hoc est , libris in ve-  
teri testamento Propheticis & in novo A-  
postolicis continetur , Theologiæ funda-  
mentum & principium , regulam quoque  
ac normam esse , & quidem unicam & solam , ut nos  
verissimè persuasi sumus , & disputatione sequente  
evincemus : haud dubiè gravissima est , quæ de ejus  
auctoritate , in quantum ea nobis persuadenda est , in-  
ter nos & Pontificios agitatur controversia , ut hinc  
operæ fiat precium , cum ea accuratiùs & pleniùs ali-  
quantò explicatur .

## I I.

Ea de causa disputatione præcedente præcipua  
rationum momenta solummodo expendimus , qui-  
bus Pontificij , & in his ipsorum in hoc certamine  
hyperaspistes , Thomas Stapletonus , se osten-  
disse præsumunt . Auctoritatis Scripturæ , seu li-  
brorum Scripturæ , quo ad nos causam primam , ma-  
ximam , optimam , & solam esse Ecclesiæ publicè eos  
commendantis testimonium , judicium & auctorita-  
tem . Restat ut veritatem , quam contrà istos pro-  
fitemur , suis firmamentis constabilitam , propona-  
mus & asseramus .

## I II.

Quia autem in omni disputatione τὸ ἀγνόεσθαι ,

A 2

sem

seu id , de quo disceptatur , semper in conspectu  
habere oportet , ne extrā metas evagetur dispu-  
tatio : Ex ijs quæ de controversiæ statu , disputatio-  
ne præcedente diximus , quædam huc adscenda vi-  
dentur.

I V.

Cum igitur de auctoritate scripturæ , seu libro-  
rum scripturæ , quæ ritur , ιερινόμυλωρ est : Quæ sit in ge-  
nere causarum externalium prima , maxima , optima ,  
imò sola , per quā libros scripturæ divinos , θεοπνέυστος ,  
Canonicos , ipsiusque Dei verbum , esse , ita persuade-  
mur , ut πληροφορία , eā , quæ est fidei , eos pro divinis ,  
θεοπνέυσοις , Canonicis , ipsiusq; Dei verbo , acceptemus  
& veneremur .

V.

Pontificij αξιωματος hoc Ecclesiæ , libros scripturæ  
publicè commendantis , testimonio , judicio & au-  
toritati deputant : Nos id Ecclesiæ derogatum  
scripturæ ipsi arrogamus & assignamus , eamq; fidei ,  
qua credimus ipsam ipsiusq; libros divinos θεοπνέυστος  
& Canonicos esse , optimum & sufficiens principi-  
um , ideoq; sub genere causæ externaliæ primam , maxi-  
mam & optimam esse , affirmamus .

VI.

Ecclesiæ , & quidem non Romanæ tantum , sed  
& cuicunq; veræ , primitivæ , vel modernæ , dum αξιωματος  
hoc derogamus , nihil de ejus dignitate & excellentiâ  
detrahimus ; Tantum , quod ei perperam à Pontifi-  
cijs tribuitur , ei negamus , propriam interim excel-  
lentiam & dignitatem ei relinquentes .

7. Consi-

## VII.

Consistit ea in hoc, quod Ecclesia primum Nōvi Testamenti ab Ecclesia Veteris Testamenti, libros Mosis & Prophetarum, tum Ecclesia Apostolorum ab Apostolis ipsis, præter hos, etiam Evangelistarum & Apostolorum libros accepit, & acceptos posteriori Ecclesiæ, tanquam Propheticos & Apostolicos commendavit: quæ deinceps istorum fidelis custos & asservatrix extitit, suoq; testimonio, tanquam per manuum traditionē ab Apostolis ipsis acceptos, deinceps omnibus commendavit & commendat.

## VIII.

Hoc Ecclesiæ, respectu scripturæ, est officium: In quo autem hoc nondum præstat, ut fidei illa πληροφορία, qua credimus libros ab Ecclesia cōmēdatos esse indubitatò divinos & canonicos, animis nostris ingeneretur: Sed, tanquam testificatio historica, probabilis, & quam nemo temerè refutare potest, causa saltem est, quâ ad hoc credendum primitū movemur & inducimur.

## IX.

Ipsa deinde fidei πληροφορία ex diviniori principio sequitur, ipsis scilicet libris scripturæ, qui divinitatem & θεοπνευσίαν suam, per interna sua & propria quædam κριτήρια, operante per ea Sp. sancto, animis legentium & audientium insinuant.

## X.

κριτήρια hæc cum multa sint, præcipua saltem attingemus. Primum antiquitate sua & rerum in se proditarum, Scriptura θεοπνευσία & divinam suam auctoritatem egregiè commendat. Neq; enim antiquior scriptura extat ulla; &, quæ præter hanc

A 3 extant

extant, historias continent Biblicis multis seculis  
postiores.

X I.

Biblica namque scriptura historiam suam inde à  
primâ rerum omnium origine deducit, de qua in ali-  
orum alioquin vetustissimis scriptis, aut altum est  
silentium, aut non, nisi ex hac mutuatitiæ & præterea  
fabulis multis depravatæ, exstant narrationes.

X II.

Ut taceam, antiquitatem scripturæ Biblicæ, etiam  
prodi ipsa lingua, quâ conscripta est, hebræa scilicet,  
quam omnium antiquissimam esse, nomina & Patri-  
archarum, ante & post diluvium qui vixerunt; &  
eorum, qui primi gentilium populorum progenito-  
res extiterunt: & denique imperiorum vetustissi-  
morum satis convincunt. Hæc enim omnia aut  
ipsa per se, aut origine saltem Hebræa esse constat.

X III.

Secundò, Rerum & doctrinæ, quæ scripturâ sa-  
crâ continentur, Majestas & sublimitas non potest  
non apud omnes haud oscitanter & perfunctoriè,  
eam legentes & considerantes, divinam auctorita-  
tem ei conciliare. Neque enim res solùm aut na-  
tura notas, aut ex Patriarcharum narrationibus ut-  
cunq; gentilibus cognitas proponit: Sed præterea  
profundissima regni cœlestis mysteria, quæ non mo-  
dò omnem rationis humanæ captum fugiunt; sed &  
omnia humanorum ingeniorum, utut excellentium,  
acumina retundunt.

X IIII.

Quod enim tantum fuit unquam ingenij acumen,  
quod

quod adorandam in unitate divinâ Trinitatem, aut  
Deum in carne manifestatum comprehendere; ;  
Quod extremam humanæ naturæ corruptionem, &  
mirabile justitiae & misericordiæ divinæ in ejusdem  
reparatione & instaurazione temperamentum per-  
vestigare valuit? Hæc & alia ejus generis plura,  
mysteria sunt æternis temporibus tacita, & à seculis  
in D E O abscondita, omnem principum hujus se-  
culi altitudinem transcendentia: Sapientia Dei <sup>Rom. 16.</sup>  
sunt, quæ quamvis humanæ sapientiæ stultitia vide-  
atur, eam tamen infatuat: Siquidem per stultitiam <sup>I. Cor. 2.</sup>  
<sup>I. Cor. 1.</sup> prædicationis Deo salvos facere credentes placuit.

### X V.

Sola autem scriptura sacra ea pandit, in qua ju-  
xta delegationem æterni Dei sunt manifestata. <sup>Rom. 16.</sup>  
Quis igitur, hoc animadvertisens divinam & excel-  
lentissimam scripturæ sacræ auctoritatem neget?

### X VI.

Tertiò, Sed & quòd hæc tam sublimia regni cœ-  
lestis mysteria orationis genere, non ad pompam &  
inanem ostentationem composito; sed simplici &  
inculto, attamen casto & puro, in scriptura sacra de-  
scripta proponuntur, haud mediocriter divinam  
ejus auctoritatem illustrat.

### X VII.

Ut ut enim orationis filum simplex neglectumq;  
sit; mirabilis tamen & divina per ipsum sese exerit  
vis ad hominum animos afficiendos, & tam sublimi-  
um mysteriorum cognitione imbuendos: Nimi-  
rum, causam reddente Apostolo, sic sermonem tem-  
perare Spiritui sancto placuit, ut non persuasorijs  
humanæ

*1. Cor. 2.* humanæ sapientiæ verbis, sed Spiritus potentia armatus esset, Dei q; virtute, non hominum sapientia, fides nostra niteretur.

XVIII.

Quartò, Harmonia quoque & admirabilis ille concentus doctrinæ, quæ omnibus libris Canonicis Veteris & Novi Testamenti, una & nusquam à se dissentiens invenitur, ratione prorsùs irrefutabili diuinam scripturæ sacræ auctoritatem asserit.

XIX.

Quid enim? an non, quod tot scripturæ sacræ libri, tām distinctissimis temporibus à tām multis amanuensibus scripti nihil habent, vel in doctrina, vel in dictis etiam, verè dissonum & dissentiens, non hominem aliquem, sed verum D E U M eos auctorem habere convincit, adeoq; confirmat, quod de omni scripture Canonica D. Petrus ait: Non voluntate humana allatam esse Prophetiam; sed sanctos Dei homines locutos esse, impulsos à Spiritu sancto?

X X.

Et huc pertinet, quod utriusq; Testimenti libri, tanto consensu sese mutuò etiam confirmant; itaq; ab uno eodemq; auctore, Deo scilicet, se profluxisse, ideoq; divinos esse ostendunt.

XXI.

Nam & Novi Testimenti scripture scripturam Veteris Testimenti confirmat, dum non tantum ad eam legendam & diligenter scrutandam homines remittit; sed & passim ex ea testimonia repetit, iisq; se munit & confirmat, ostendens in ea se fundatam esse; Et vice versa, Veteris Testimenti scripture

ptura Novi Testamenti scripturam confirmat, dum,  
quæ in hac est veritas, in illa figurarum umbris fuit  
repræsentata, & quæ in hac impleta leguntur, in illa  
sic futura prædicta fuerunt.

X XII.

Quintò, Unde oraculorum & vaticiniorum,  
quæ in scripturâ sacrâ proponuntur, veritas colligi-  
tur, quæ & ipsa irrefutabile planè est divinæ ejus au-  
ctoritatis *κριτής πολυ*.

X XIII.

Futurorum enim certam prædictionem, Deus  
passim sibi soli vendicat, in primis verò, illustri loco  
*Esa. 42. v. 9.* Quia igitur scriptura sacra non tan-  
tum verissimas & eventu ipso comprobatas prædi-  
ctiones continet; sed & Scriptores ejus illi ipsi  
sunt, per quos & quorum ministerio prædictiones  
illæ factæ sunt: *Quis hinc non agnoscat scriptu-*  
*ram sacram ipsam, primò & principaliter à Deo*  
*ipso profectam, & hinc divinæ planè auctoritatis*  
*esse.*

X XIV.

Sextò, Miracula quoque, quæ in scripturâ Bibli-  
câ non tantum descripta extant; sed &, quæ divinæ  
potentiae virtute, cum per sanctos Dei homines, tum  
per Christum Dei filium ipsum, in confirmationem  
& propagationem illius ipsius cultus & doctrinæ,  
quæ in eâ comprehensa est, facta sunt, haud leve mo-  
mentum ad *ἀυθεντίαν*, & divinam auctoritatem scri-  
pturæ sacræ conciliandam adferunt.

X V.

Etsi enim falsarum quoque doctrinarum aucto-  
res &

B

res & assertores, miracula s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> ostentârunt ; Quem-  
**Matth. 24.** admodum & Salvator noster & divus Paulus, Anti-  
**2. Thess. 2.** christum miraculis clarum futurum, prænuntiârunt :

Tamen isthæc vera miracula non sunt ; sed nil nisi  
præstigiæ & lusus quidam Diabolici, quibus Satan  
filios incredulitatis, quòd, repudiatâ veritate, men-  
datio delectantur, dementar<sup>u</sup> : Quamobrem & A-  
postolus Paulus non Dei, ut vera miracula, sed Dia-  
boli virtute illa fieri afferit.

### XXVI.

At quæ in scriptura sacra, vel per Christum, vel  
per sanctos Dei homines facta, proponuntur mira-  
cula, talia sunt, quæ vel ob evidentiam negare, vel  
ob manifestam divinæ Majestatis vim atque sensum  
reprehendere nemo potest, quin nec, nisi enormiter  
blasphemus, audet.

### XXVII.

Hinc igitur divinam scripturæ auctoritatem e-  
gregie demonstrari, quis inficietur ?

### XXVIII.

Septimò : Sed & , quod scriptura sacra, ut & Ec-  
clesia ejus custos, adversus tot Diaboli & impij mun-  
di furores atque conatus, inter tot Imperiorum rui-  
nas & vicissitudines, inter tot sœvas persecutiones,  
miraculosè conservata est : Quis non hoc invi-  
ctum divinæ auctoritatis scripture argumentum esse  
agnoscat.

### XXIX.

Tempore certè Iosiæ Regis in ipso Dei populo  
Diabolus effecerat, ut legis liber, aliquandiu, ubi es-  
**2. Reg. 22.** set, ignoraretur : In primo Hierosolymæ excidio,  
incen-

incenso per Babylonios templo, quo facer codex af-  
servabatur, eum igne & flammis absumere prorsus  
tentavit (& sunt, qui, quamvis falsò, hoc factum pu-  
tent, & posteà, soluta captivitate Babylonicâ, per  
Esdram, Spiritu sancto dictante, quasi postliminio  
Ecclesiæ restitutum) Antiochus, truculentissimus  
Ecclesiæ hostis, tempore Macchabæorum, omnes le-  
gis codices conquiri & cremari jussit: Ut taceam,  
quod nunquam non per hæreticos scripturæ codi-  
ces, si non planè tollere, saltem falsare & corrumpe-  
re Diabolus conatus est. Quod autem hic Diaboli  
conatus à tot mille annis irritus fuit, quâ, nisi divinâ,  
potentiâ factum dicemus? Quin igitur per hoc et-  
jam divinam planè auctoritatem scripturæ sacræ af-  
fertam agnoscimus.

### XXX.

Ipsa verò ejusdem scripturæ sacræ & doctrinæ,  
quæ in ea compræhenditur, in omnes gentes propa-  
gatio non minùs evidens divinæ ejus auctoritatis  
documentum, imò κρητικόν esse cendum est.

### XX XI.

Diximus suprà scripturam sacram mysteria pro-  
ponere à seculis in Deo abscondita, eaq; ita compa-  
rata, ut, quanvis in se Dei sunt sapientia, hominibus  
tamen, alijs scandalo sint, alijs stultitia videantur.  
Iam, quod homines & cum primis gentiles, ratio-  
nem suam sub obsequium Christi fide captivantes,  
tanquam Dei sapientiam ea acceperunt, cui, nisi divi-  
næ, potentiae & virtuti, per scripturam sacram se ex-  
ercenti, ascribendum est? Paulus certè hoc ipsum in-  
ter pietatis mysteria ὅμολογημένα μέγαλα numerat.

B 2 Non

<sup>2. Reg. 25.</sup>

<sup>2. Par. 36.</sup>

<sup>Clemēs A-</sup>

<sup>lex. primo</sup>

<sup>stremā:</sup>

<sup>Iren. lib. 3.</sup>

<sup>cap. 23.</sup>

<sup>Leont. lib.</sup>

<sup>de sed.</sup>

<sup>act. 2.</sup>

<sup>Isidorus de</sup>

<sup>ffic.</sup>

<sup>Raban. de</sup>

<sup>Inst. cleri.</sup>

<sup>cap. 54.</sup>

<sup>1. Macch. 1.</sup>

Non potest igitur non hoc divinæ auctoritatis scripturæ infallibile documentum esse.

X X X II.

Nonò, Eandem verò ostendit etiam, quod plurimi imò innumeri penè inventi sunt, qui ob confessionem & professionem veritatis, in scripturā patefactæ, exquisitissima subierunt tormenta & supplicia, eaq; divini Spiritus virtute tantâ pertulerunt constantiâ, ut etiam suppliciorum suorum spectatores, hostes suos, in stuporem agerent.

X X X III.

Demùm, ut alia præteream, ipsi quoque librorum Biblicorum auctores ad divinam eorundem auctoritatem agnoscendam faciunt.

X X X I I I.

Fuerunt nimirum omnes ferè homines indocti, illiterati, non ulli etiam hostes & persecutores doctrinæ cœlestis, itaque ad docendum inepti: At, qui sine ulla humanâ institutione divinorum mysteriorum cognitione imbuti sunt, & ad docendum ea alios apti & idonei facti, non ad tantum voce ea prædicarunt, sed & scripto, in commodum omnis Ecclesiæ, consignarunt: Quod cum, non aliâ, quam divinæ gratiæ virtute, fieri potuerit, quis hinc non de divinâ scripturæ sacræ authoritate persuadeatur.

X X X V.

Et hæc ex multis præcipua sunt κριτήρια illa, quibus dicebamus scripturam sacram θεοπνευσίαν & divinam suam auctoritatem animis humanis insinuare, itaque sub genere causarum externalium, primam, maximam, optimam esse fidem, quam cam Canonicam hoc

hoc est Propheticam & Apostolicam, esse certi sumus. Ad hæc enim cum accedit Spiritus sancti testimonium, & per istud ea in cordibus nostris obsig- nantur, sequitur tandem ista fidej, ταληφορία, qua de divina scripturæ auctoritate interius persuasi, eam pro Canonica & divina scriptura seu verbo Dei acceptamus & veneramur.

### XXXVI.

Et hactenus sententiæ nostræ ἐκθεσιες & declara-  
tio fuit: Restat, ut eam rationum momentis con-  
firmemus, ostendamusque, non Ecclesiam, sed scri-  
pturam ipsam, auctoritatis suæ divinæ, in quantum  
ea nobis persuadenda est, maxime idoneum te-  
stem esse.

### XXXVII.

Ratio summa & quæ instar plurium esse potest,  
est, quod summam & planè divinißimam auctorita-  
tem esse oportet, ejus, per quod, tanquam in externis  
causis primam, maximam, optimam, imò solam, di-  
vina Scripturæ sacræ seu librorum ejus auctoritas  
itâ nobis persuadenda est, ut eam ταληφορία eā & tan-  
tâ, quæ & quanta est fidei, suscipiamus. At in cau-  
sis fidei de Canonicâ scripturâ externis, au-  
toritas tanta non est Ecclesiæ, sed solius Scripturæ sacræ.  
Ergo hæc, non illa est in causis externis prima, opti-  
ma, maxima, ob quam libros Scripturæ tanquam ca-  
nonicos & divinos fidei ταληφορία suscipimus.

### XXXVIII.

Major sua luce splendet. Fides enim cum, Au-  
tore Epistolæ ad Hebræos definiente, sit ἐλαττωμένη Hebr. 3.  
ὑπέστασις ηγή πραγμάτων ἐλεγχθεῖσα βλεπομένων, multò

certior, quam vel scientia, vel demonstratio ulla; ex-  
cellentissimam & divinissimam auctoritatem esse  
necessa est, cui ipsa, tanquam fundamento, innititur,  
& ex quo, tanquam principio suo proprio & adæ-  
quato, profluit.

### XXIX

Et agnoscant hoc ipsi adversarij, dum fidei de  
Canonica & divinâ scripturarum auctoritate, cau-  
sam in externis primam, optimam, maximam & so-  
lam Ecclesiæ testimonium judicium & auctoritatem,  
constituentes, infallibilitatem & propè divinitatem  
ei tribuunt: Major itaque, ut diximus, suâ luce  
splendet.

### XL.

Minor verò κρινόμενος est, quâ dicimus divinam &  
excellentissimam auctoritatem non Ecclesiæ, sed so-  
lius scripturæ sacræ esse. Hæc igitur nunc porrò pro-  
banda erit.

### XLI.

Est autem minor hæc duarum partium: una  
& οφατική, altera καταφατική: pro hac diversitate pro-  
batio etiam nostra bimembris futura est: primùm  
Pontificiorum opinionem, qua divinam illam &  
excellentissimam auctoritatem Ecclesiæ esse putant,  
& νασκευασικῶς destruemus; deinde nostram, quâ eam  
soli scripturæ sacræ tribuimus κατασκευασικῶς, consti-  
tuemus.

### XLII.

Et in Pontificiæ quidem opinionis ἀνασκευῆ non  
est, quod nunc magnopere laboremus. Magna  
enim ex parte eam jam tum præstitimus, dum dispu-  
tatio

tatione præcedente præcipua argumenta diluimus,  
quibus ex Pontificijs Stapletonus Ecclesiæ summam  
& excellentissimam auctoritatem conatus est af-  
screre.

X L I I I .

Sed & cum testimonium & judicium, cui fidem  
de Canonicis scripturis, tanquam fundamento ini-  
niti, & propter quod eas tanquam Canonicas & di-  
vinas scripturas recipi oportet, in fallibile & ~~avt̄ōπ̄ισοp~~  
esse debeat, magnâ sarcinâ, quod ad dictâ ~~ανασκευήν~~, nos <sup>vide dispu</sup>  
disputatione eadem etiam deonerasimus, dum testi-<sup>ationem</sup>  
monio & judicio Ecclesiæ infallibilitatem detraxi-<sup>preceden-</sup>  
mus. Hac enim detracta divina auctoritas eidem <sup>tem à the-</sup>  
quoque detracta est : Quam vero testimonio con-<sup>si 45. usq;</sup>  
stare oportet, quod fidei fundamentum atque prin-<sup>ad 66.</sup>  
cipium immotum solum & sufficiens esse debet,

X L I V .

Neque enim, ut male & falsò Stapletono, alijsq;  
ejus complicibus, persuasum est, sufficit, quod Ec-  
clesiæ testimonium suo modo divinum, seu huma-  
no divinum est, ideoq; etiam suo modo infallibile.

X L V .

Nam, ut testimonium aliquod fidei causa princi-  
pium ac fundamentum solum & sufficiens sit, simpli-  
citer & per se divinum ac infallibile id esse oportet ;  
quin & tale , quod à simpliciter divina & infallibili  
auctoritate promanasse constat : Adeò quidem, ut  
ne Prophetarum quidem & Apostolorum testimonio  
simpliciter standum sit , ipsumque fundamentum &  
principium fidei solum & sufficiens credendum, nisi  
in quantum ex immediatâ ipsorum vocatione infalli-  
bilem

bilem Spiritus sancti assentiam ipsos habuisse , & per hanc certissimam Dei veritatem seu verbum docuisse & consignasse constat.

X L V I .

Hâc namque de causâ, D e u s ad docendum emittens Prophetas & Apostolos suos, hoc maximè operam dedit, ut de divinâ & immediatâ ipsorum vocatione ijs , ad quos mittebantur , constaret , vel per miracula , vel aliâ ratione . Hac etjam de causa videmus Paulum cumprimis , non communi illâ, quâ alij Apostoli , sed aliâ extrâ ordinem ratione, constitutum Apostolum toties & tâm enix è passim ad immediatam suam vocationem provocare : In primis Act. 22. & 26. ubi historiam suæ conversio- nis & vocationis integrum recenset : Et ad Gal. 1. ubi Apostolum se constitutum esse dicit , non ab hominibus, nec per homines sed per Christum & Deum Patrem : Nimirum, ut hinc , infallibilem Spiritus sancti assentiam se habere & ex hac certissimam D e i veritatem proponere , auditoribus suis persuadeat .

X L V I I .

Jam , cum posterior Ecclesia immediatam voca- tionem & missionem non habeat , utat suo modo divinum sit ejus testimonium, necessariò tamen con- sequitur , ipsum non modò purè divinum non esse, sed nec eum divinæ auctoritatis , & infallibilitatis gradum attingere , ut fidei causa fundamentum & principium solum & sufficiens, quin nec præcipuum, esse possit.

X L V I I I .

Sed præter hæc ad Pontificiæ opinionis avocatum,

ut

ut alia omittamus, tria etiam hæc considerentur.  
Primùm quòd omnis ecclesiæ auctoritas, quanta  
quanta est, à scriptura dependet (adversatijs etjam  
ipsis attestantibus, dum, quam ostentant, Ecclesiæ  
suæ auctoritatem excellentissimam, ex amplissimis  
veræ Ecclesiæ factis & in scripturā Prophetica & A-  
postolicā consignatis, promissionibus probare so-  
lent) hinc ergo sequitur non posse vicissim scripturæ  
auctoritatem ab Ecclesia dependere.

### X L I X.

Est hoc argumentum planè & siāλυτορ, ut ut solu- lib. 3. de-  
tionem ejus facilem, & simili Iohannis de Christo, fens. adr.  
& Christi vicissim de Iohanne testificantium confo- Witake-  
di existimet Stapletonus. rum cap. 3.

### L.

Nam, quod ipse etjam agnoscit, quamvis non sa-  
tis explicat, testimonij Iohannis de Christo, & Chri-  
sti de Iohanne non est eadem ratio. A Christi enim  
testimonio maximâ ex parte Iohannis dependet au-  
ctoritas: Iohannes verò suo testimonio quidem ad  
Christum quasi manu duxit, & ad faciliorem ejus  
agnitionem audientibus se profuit; at auctoritatem  
ei, hominum respectu, non dedit; ità ut ab ejus testi-  
monio Christi auctoritas penderet.

### L I.

Quin potius dependet ea à testimonio multò ex-  
cellentiore, ipsiusmet scilicet patris cœlestis &  
angelorum, tum scripturæ Propheticae in Christo ad im-  
pletæ; & clarissimè tunc cluxit miraculis, quæ in cō-  
firmationem doctrinæ suæ edidit, ipsomet dicente:  
Ego testimonium majus habeo testimonio Iohannis,

C opera

opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut perficerem,  
ipsa testantur de me, quod pater misericordia me.

L II.

Patet hinc aliud esse duorum vel plurium mutuam  
de se invicem testificationem; aliud à testificatione  
istâ auctoritatem illorum mutuò dependere: Illa  
esse potest, hæc neutiquam. Impossibile enim est,  
ut, cum unum totum dependet ab altero, hoc ab illo  
vicissim totum dependeat.

L III.

Admittimus igitur, Ecclesiam & scripturas de se  
mutuò testari; At mutuam auctoritatis cujusque à  
testimonio isto mutuo dependentiam negamus, can-  
demq; hic diversitatis rationem esse dicimus, quæ in  
testimonio Christi & Iohannis mutuo.

L IV.

Scriptura de Ecclesia testificans auctoritatem ei  
nostris respectu dat; Ità, ut omnem, quam habet Ec-  
clesia nostri respectu, auctoritatem, eam à scriptura  
habeat: Ecclesia autem, de scriptura testificans,  
non dat ei auctoritatem, sed ad eam credendam tan-  
tum quasi manu dicit: Ipsa vero scriptura, ut per  
se authentica est, ita suo ipsius testimonio, ut dictum  
est, & poste à luculenter demonstrabitur, auctorita-  
tem suam plenissimè persuadet.

L V.

Secundum, quod, ad ἀνασκευὴν opinionis Ponti-  
ficiæ pertinens, considerandum proponimus, est;  
quod per opinionem istam Ecclesia domina fiduci  
constituitur. Si enim Ecclesiæ est, auctoritate sua præ-  
scribere, qui libri credendi sint Canonica & divina  
esse

esse scriptura, Ita quidem, ut auctoritas hæc sola & tantum causa sit, ob quam eos tanquam Canonicos & divinos suscipere debeamus, adeoq; judicium de illis ad hujus unius auctoritatis, ut Stapletoni verbis utamur, calculum revocare: Certum est, Ecclesiam In triplè. dominatum quendam in fidem sibi usurpare: Con- adv. Wis- trà, quām fecit, vel facere ausus fuit Apostolus ad takerum Corinthios suos scribens: Non dominamur fidei Cap. 17. vestræ, sed cooperatores sumus gaudij vestri: per fi- 2. Cor. \* dem enim statis.

### L VI.

Tertium est, quod, Pontificiorum opinione admissa, sequeretur, auctoritatem scripturæ, nostri respectu, non nisi precariam esse. Hoc autem cum absurdum & in Deum ac scripturam sacram contumeliosum sit, Pontificiorum quoque opinio non absurdam modò, sed & in Deum atq; scripturam sacram contumeliosa sit oportet.

### L VII.

Posset hæc ἀνασκευή tela longius extendi, nisi ad ανασκευή sententiæ nostræ properandum videretur. Prius tamen rationes quasdam examinabimus, ob quas scriptura sacra, ad sui ipsius testimonium, & hujus quidem testimonij hoc fastigium, ut ipsum sit in genere causæ externæ auctoritatis suæ divinæ causa prima, maximæ, optimæ, sola, Stapletono admittenda non videtur. Obstaculis enim & remoris è viâ eniatis, facilior haud dubiè, & expeditior futura est progressio.

### L VIII.

Scriptura igitur sui ipsius, seu divinæ authorita-

C 2 tis suæ

tis suæ, testis primus, maximus, optimus & solus, atque sufficiens esse non potest; Quia, inquit, Scripturæ divinæ testimonium, ut in Codice legitnr, internum divini Spiritus testimonium infallibiliter ac necessariò conjunctum non habet. Mirum, quòd Colloq. Ra. non cum blasphemо Jesuita Gretsero, Spiritum sanctum. sept. 9. Etum ad se condemnandum advocat, quòd ei, per Scripturam sacram de ipsius divinitate testificantur, credere nolit.

#### L VIII.

Quare autem? Rationes uno quasi cumulo coacervatas aliquot expromit. Sic enim pergit: Tum, quia litera scripta divino Spiritu formaliter non imbuitur (quemadmodum videlicet paulò ante dixit, Ecclesiam divini Spiritus doctrinā formaliter imbui, quā imbuta, alios docet) tum maximè, quia scripturis ipsis, aut earum lectioni Spiritum sanctum Christus non promisit; cum scriptura, aut legentibus illam sese usque ad consummationem seculi ad futurum Christus non prædixit; nec scripturam ad docendum misit. Nempe scriptura litera muta est, ad docendum seseq; explicandam ad distinguendum & proponendum ea, quæ sunt fidei, per se apta nata non est: Et paulò post: ex sola scripturarum lectione, innumeri facti sunt & fiunt hæretici: Ex sola Ecclesiæ definitione nulla unquam hæresis, aut ortum aut progressum accepit, imò omnes perpetuò hæreses jugulatæ & repressæ sunt. Hactenùs Stapletonus. Rationes scilicet profert sex, quæ quanti sint momenti, considerandum.

#### L X.

Prima est, litera scripta divino Spiritu formaliter non

ter non imbuitur. Ergo non concurrit cum Spiritu sancto sub ratione causæ externæ, ad fidem hominibus ingenerandam. Antecedens est ambiguum; si per formaliter imbui, intelligit quasi mixtionem magicam Spiritus sancti & literæ scriptæ ac lectæ, facile admittitur: Sin verò, quod facit, Spiritus sancti cum scripturā sacrā lectā copulationem, negando, aut de scripturæ sacræ formali ratione esse, quod doctrinam continet Spiritus S. seu à Spiritu sancto dictatam, aut scripturam sacram, pro ut legitur, esse istrumentum, quo fidem animis hominum Spiritus sanctus ingenerat, insigniter est in scripturam sacram ipsumq; adeò Spiritum sanctum blasphemus.

### L XI.

Ad quid enim scripturæ sacræ lectio in ipsa tantoperè passim commendatur, si ex ea utilitatem nullam sumus relaturi? Quæ autem scripturæ lectæ potest esse utilitas, sine Spiritus sancti ei conjunctâ gratiosa operatione? Nulla utiq;. Absit verò, ut scripturæ sacræ lectæ utilitatem nullam esse dicamus. Paulus certè, de Scripturæ sacræ non tantum auditæ, sed & lectæ (ut qui ad eam legendam scriò Timotheum adhortatus est) utilitate egregiè concionatur, in 2. sua ad Timotheum scribens: A puerō sacras literas novisti, quæ te erudire possunt ad salutem. Omnis enim scriptura, divinitùs inspirata, utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem eam, quæ est in justitia, ut perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonum instructus. Impudens sc. Stapletoni os, mendacij, & manifestæ impietatis redarguit.

Iohan. §.

I. Tim. 4.

2. Pet. I.

& alibi.

I. Tim. 4.

## LXII.

At enim, inquit ratione secundâ & tertiatâ, Christus scripturis ipsis aut earum lectioni Spiritum sanctum non promisit, nec cum scripturâ, aut cum legentibus illam se usque ad consummationem seculi ad futurum prædixit. Falsum verò hoc. Cum enim Christus Spiritum sanctum & præsentiam suam Ecclesiæ promittit, non simpliciter hoc promittit Ecclesiæ, nec quatenus extrâ verbum Dei scriptum suis ad inventionibus indulget: Sed quatenus cum omnes fideles, tum maximè Ecclesiæ doctores, quorum est verbi Dei de Scripturis sacris publica professio, præviâ ardenti precatione, scripturas sacras assidui, accubui legunt, meditantur, verumq; dictorum sensum inquirunt. Hoc cum sit, Christus cum Spiritu suo & scripturis & lectioni & legentibus ac meditantibus ex promissione adest.

## LXIII.

Quia enim Deo & Domino nostro Iesu Christo nobiscum loqui hodiè placet, non immediata ratione, quâ olim ad Prophetas & Apostolos; sed mediata: scripturæ sacræ sunt ipsum illud medium, & quidem primum & optimum, per quod & in quo Deus & Christus Dominus noster nobiscum loquuntur, imò sunt ipsum illud verbum, quod nobiscum loquuntur. In quibus libris, inquit de libris Prophetarum & Apostolorum Augustinus ad Iulianum, Tua dignitas optimè excrescere solet, quia per illos nobis loquitur ipse Deus, & Dominus noster, & piæ voluntatis nobis demonstrat effectum. Quomodo igitur cum Spiritu sancto Christus scripturæ lectæ & legentibus non adsit?

Quarta

### LXIII.

Quarta ejus ratio est: Christus scripturam non misit ad docendum. Ergo non docet vel docere potest. Ridiculè & insulsè. Christus Ecclesiæ doctores ad docendum alegans eos non sine scriptura, sed cum scriptura: hoc est, doctrinâ scriptis Propheticis & Apostolicis comprehensa, indeq; hausta, alegat: ita quidem, ut si quid extrâ, vel contrâ eam doceant, missionis suæ limites transfiliant, sintq; non Christi ministri, & Spiritus sancti σάρξγοι, sed Satanæ administri, in quos Anathematis fulmen vibrat D. Paulus. Ad legem enim & testimonium, inquit Gal. 1. Deus ipse per Prophetam, si non dixerint juxta verbum hoc, non lucebit eis Lux matutina. Esa. 8.

### LXV.

Etsi igitur scriptura, propriè loquendo, non mittitur: Est tamen illud, cum quo Ecclesiæ doctores ad docendum mittuntur, certam eis monstrans & præstituens regulam, juxta quam doceant, itaq; suo modo maximè docet, dirigendo prædicationem, fidem & vitam, ne quid vel fâlsi doceatur, & credatur, vel impij quid admittatur.

### LXVI.

Atqui, pergit, scriptura est litera muta. Ad docendum igitur seseq; explicandam, ad distinguendum & proponendum ea, quæ sunt fidei, incepta est. Antecedens peccat κατη. Muta quidem est scriptura, ut est litera; At ut verbum Dei continet, maximè vocalis & sonora est. Loquitur in ea, tanquam verbo suo, Deus Pater, Filius & Spiritus sanctus: Loquuntur in ea scriptores ejus, Moses, David,

*Iohann. 5.* David, Prophetæ, Evangelistæ, Apostoli: Confirmante hoc Christo ipso, cum ad Iudeos ait: Est qui vos accusat Moses; Et cum in parabola Abramum introducit, remittentem fratres divitis Epulonis ad audiendum Mosen & Prophetas.

*Lucæ 16.*

L X V I I.

Ut autem scriptura sacra simpliciter muta non est: Ita ad se met ipsam explicandam, distinguendum & proponendum ea, quæ sunt fidei, aptum Spiritui sancto medium seu instrumentum est. Omnis enim obscurioris loci explicatio, omnis rei, ad fidem pertinentis, distinctio, omnis dogmatum fides, ex scriptura fluant necesse est, ut disputatione sequente, σὺν Θεῷ, ostendemus. Quamobrem etiam, ut Au-

*Lib. 2. de doctrina Christi cap. 6.* gustini verbis utamur: Magnificè & salubriter scripturas sanctas, Spiritus sanctus locis aprioribus & obscurioribus modificavit, ut illis quidem fami occurreret, his autem fastidia detergeret: Nihil tamen ferè de obscuritatibus illis eruitur, quod non planissimè dictum alibi reperiatur.

L X V I I I.

Demùm ex sola Scripturarum lectione quòd innumeros factos esse, & fieri hæreticos criminatur, & hinc sequi putat, lectioni Scripturæ testimonium Spiritus sancti internum, tanquam cum instrumento suo, conjunctum non esse.: Ψκλάφητορ Ψεῦδος est, accidentis & causæ quod appellatur.

L X I X.

Neque enim lectioni Scripturæ per se inest, vel adjacet, quòd multi Scripturam legentes hæretici facti sunt & fiunt, tum & in hæresi perdurant: Sed ipsorum

ipsorum legentium hoc vitium est, dum videlicet hi,  
vel non satis attentē Scripturām legunt & considerant,  
vel ad lectionem ejus præjudicijs & præconcep-  
tis opinionibus occupati accedunt, sensum & in-  
telligentiam dictorum, non referentes ex scriptura,  
sed in eam inferentes. Hinc enim, inquit iterum  
Augustinus, dum Scripturæ bonæ intelliguntur non <sup>Trad. 18.</sup>  
benè, & quod in eis non benè intelligitur, etiam te-  
merè & audacter afferitur. Hinc, inquam, natæ sunt <sup>in Iohannem.</sup>  
hæreses, & dogmata quædam perversitatis illaque-  
antia animas & in profundum præcipitantia.

### L X X .

Hinc si scripturæ vel lectioni ejus aliquod vi-  
tium adterri existimat Stapletonus, quin idem quo-  
que definitioni Ecclesiæ impingit. Nam quòd ex  
sola definitione Ecclesiæ nullam unquam hæresin-  
ortum aut progressum habuisse ait, splendide nuga-  
tur, ne dicam, mentitur. Experientia enim & hære-  
ses in historiæ testantur, etiam audita definitione  
Ecclesiæ plurimas hæreses exortas esse, ipsarumque  
auctores sæpè Ecclesiæ definitiones in patrocini-  
um advocare.

### L X X I .

Hoc itaq; si definitioni Ecclesiæ, citrā ejus viti-  
um accidere agnoscit, quin de lectione scripturæ  
idem quoque agnoscit? Itaque per hoc, quòd ex  
lectione scripturæ multi hæretici facti sunt, vel (ut  
planiùs & rectius loquamur) quòd multi legentes  
Scripturam hæretici facti sunt, internum Spiritus  
sancti testimonium à scriptura, tanquam instrumen-  
to suo optimo, non divelli.

D

Nam

## LXXII.

*In refe-  
tione prin-  
cipiorū fi-  
dei doctri-  
controv. 4  
artic. 1.  
quest. i.  
Johan. 21.* Nam quod alibi ait, Scripturam sacram esse id, quod creditur, non autem instrumentum seu medicum, per quod creditur: Falsum est & omnibus illis dictis, quae de usu & fructu Scripturæ sacræ loquuntur, adversarium. Unus certe Iohannes hoc satis scripta sunt, ut credatis, &c.

## LXXIII.

Atque sic ratiunculis Stapletoni expeditis, ad sententiæ nostræ κατασκευὴν progradimur. Dicimus itaque, Scripturæ sacræ divinam & longè excellētissimam esse auctoritatem: Indeq; inferimus, ipsam divinæ auctoritatis suæ maximè idoneum testimoniū, seu, in genere causæ externæ primam, maximam, optimam esse, per quam divina ejus auctoritas nobis persuadetur, & ob quam ψληροφορίᾳ ea, quae est fidei, à nobis suscipitur.

## LXXIV.

*in Tripli  
cat. cap.  
ub.* Et antecedens quidem, quod in principali nostro arguento erat minor propositio, tām manifestam habet veritatem, ut Adversarij etjam ipsi eam admittere cogantur. Agnoscent enim verbum Dei esse, quod scriptura sacra proponit; tum, tantum Stapleton. verbum Dei esse divinum testimonium. Non potest igitur non divina & longè excellentissima ei constare auctoritas. Nostra igitur etiam est conclusio sacram scilicet Scripturam divinæ auctoritatis suæ, ut ea nobis persuadenda, & à nobis fidei ψληροφορίᾳ suscipienda est in causis externis primam, maximam & optimam esse. Nisi forte ex veris præ-

præmissis falsam inferri posse conclusionem, Papi-  
starum Dialecticæ, & nova disputandi Forma nuper  
vidit, didicitve.

### L X X V.

Verum enim verò quia veritatis splendor men-  
tes ipsorum graviùs præstrinxit, eam scripturæ sacræ  
testimonijs illustribus, rationibus optimis & Patrum  
suffragijs fortius evincemus.

### L X X VI.

Et primùm scripturæ testimonia quod attinet, ea in certas classes digesta, quām brevissimè contra-  
hemus. Primùm igitur ( præsupposito ex partis utri-  
usque sententia & consensu, verbum Dei esse, quod in scriptura sacra proponitur ) eām in genere causæ  
externæ primam maximam & optimam esse, seu me-  
dium fidej ingenerandæ, Spiritui sancto maximè i-  
doneum & aptum, omnia illa testimonia evincunt,  
quæ de verbi divini summa vi & efficacia ad mo-  
vendos & alliciendos hominum animos, fidemque  
ijs ingenerandam loquuntur. Ut quòd pluviæ & ni- Esa. ss.  
vì non frustrà in terram cadenti, sed eam humectan-  
ti & frugiferam reddenti comparatur: Quòd item  
semini, quod in terram jactum ex insita sibi virtute  
fructificat: Quòd ἀπὸδεξις appellatur πνέυματος καὶ Luca 8.  
δύναμεως, δύναμις θεός, λόγος θεός ρῶν ηρῷον εὐεργήσις, 1. Pet. 1.  
quovis gladio ancipiti penetrantior, pertringens us- 1. Cor. 2.  
que ad divisionem animæ & Spiritus, compagumq; Rom. 1.  
& medullarum. Heb. 4.

### L X X VII.

Ex his enim itâ inferimus: Quod virtute longè  
maxima & divina præditum est animos hominum

D 2 ad se

ad se rapiendi , fideq; eos imbuendi , illud, ut in se  
autō̄σομ est. Ità maximè idoneum instrumentum sive  
medium est Spiritui sancto , ad fidem hominibus in-  
generandam . At verbum Dei seu scriptura sacra  
est tanta virtute prædicta . Non potest igitur non  
maximè idoneum Spiritui sancto instrumentum esse  
fidei , ut de alio quocunq; doctrinæ cœlestis articu-  
lo , ità & de sua ipsius divina auctoritate , ingene-  
randæ.

### LXXVIII.

Deinde, quæ de perspicuitate Scripturæ, in quan-  
tum, quæ salutem nostram concernunt, dilucide &  
perspicuè proponit, loquuntur dicta , firmissimam  
quoque κατασκευὴ veritatis dictæ nobis suppeditant.  
Huc cum primis faciunt, quibus Scriptura sacra lu-  
cernæ, lumini, luci, comparatur ; Tum, in quibus te-  
stimonij appellatione insignitur.

### LXXIX.

Hinc sic concludimus : Lux non sibi, sed alijs  
lucet, eorumq; oculos ita afficit, ut & alia , & ipsam  
videant ; tum testimonium respicit, quibus eo fides  
facienda est. At Scriptura sacra est lux & testimo-  
nium , & quidem divinissima lux & testimonium .  
Divinissimo igitur modo lucens & testificans, ut alia  
ad salutem pertinentia omnia , ità & suammet ipsius  
divinam auctoritatem agnoscendam , oculis mentis  
nostræ ingerit, fidemque ejus excellentissimo modo  
facit.

### LXXX.

Tertiò: quibus Scripturæ dictis, Scriptura sacra  
seu doctrina ; quæ in ea comprehenditur, Ecclesiæ  
funda-

fundamentum esse docetur, ea, ut certiorem & divi-  
niorem scripturæ, quam Ecclesiæ ejusve definitio-  
num auctoritatem esse comprobant (ut sine qua il-  
lam corruere est necesse, haud secus, atque, sublato  
fundamento, ædificium,) ita eandem suæ ipsius di-  
vinæ auctoritatis primum, optimum & maximè ido-  
neum testem esse demonstrant, ex cuius testimonio,  
Spiritu sancto per ipsum operante, fides de divina  
Scripturæ auctoritate vel tantum, vel maximè &  
primò concipiatur. Siquidem, ut utrumq; in con-  
fesso est, certissima auctoritate opus est (Stapletoni  
verba sunt) ut sua scripturis fides constet, & de scri-  
pturarum Canone omnis è conscientijs dubitatio e-  
moveatur.

Libro 9.  
princip.  
Fidei doct.  
cap. 4.

### LXXXI.

Dicta, ex quibus argumentum hoc conficitur &  
concluditur, sunt: 1. ad Ephes. 2. Ædificati super  
fundamentum Prophetarum & Apostolorum, hoc  
est, super doctrinam Prophetarum & Apostolorum  
(quod etiam ipsi Adversarij agnoscunt) seu Vetus <sup>Tannerus</sup> in colloq.  
& Novum Testamentum, ut Ambrosius haud paulò <sup>Ratib.</sup> ses. 6.  
dilucidius explicat, ut scilicet intelligatur doctrina  
Prophetarum & Apostolorum fundamentum esse  
Ecclesiæ, non tantum, ut ea viva voce ab illis tradita  
est; sed maximè, ut scriptis Veteris & Novi Testa-  
menti consignata, & ad omnis temporis Ecclesiam,  
transmissa est: Quæ Ecclesia fundamento & doctri-  
næ Apostolorum semper inædificata est & manet,  
etsi viva docentes Prophetas & Apostolos nunc  
non audiat; Quemadmodum & Prophetæ tunc,

D 3 cum

cum Paulus ista scriberet, non, nisi in libris suis, au-  
diebantur.

### LXXXII.

Tannerus ibidem. Neque enim Novi, ut adversarij mallent, sed Ve-  
teris Testamenti Prophetas intelligere Apostolum,  
Stapleton. præterquam quod res ipsa docet, Patres quoque  
lib. 9. prin. Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius & alij  
cip. cap. 3. attestantur.

### LXXXIII.

Secundum est, I. Corinth. 3, ubi ita Apostolus:  
Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter-  
quam quod positum est, J E S U S C H R I-  
S T U S. Quo dicto dum Christus fundamentum  
Ecclesiæ esse dicitur, non per hoc Scripturæ sacræ  
hoc negari putandum est; quin potius de ea affir-  
mari. Nam & Christus, & Scriptura est fundamen-  
tum Ecclesiæ, sed diversimodè. Christus primò,  
propriè & per se; Scriptura secundariò: Quatenus  
videlicet in ea Christus cum universo merito obe-  
dientiæ, passionis, mortis & resurrectionis suæ, tan-  
quam auctor & consummator salutis nostræ nobis  
proponitur.

### LXXXIV.

Quartò, quot etiam Scripturæ dicta eam tan-  
quam fidei regulam proponunt, tot probatur eam  
non tantùm in se divinam esse, sed & ejus nobis  
fidem maximè facere. Regula enim respicit ali-  
quid extrà se, cuius modus est, ad quem istud confor-  
mandum, & ex quo verum & rectum esse dijudican-  
dum est. Si igitur Scriptura sacra, non est causa il-  
lius fidéi, πληροφοριας, qua eam divinam esse credi-  
mus, nec

mus, nec regula istius Fidei erat. Certum est autem, & porro demonstrabitur, omnis fidei eam esse regulam.

### LXXXV.

Et hoc pertinent exempla praxeos & experientiae, quae ostendunt, creditum fuisse doctrinæ Apostolorum antequam de ea, vel etiam persona & officio Apostolorum aliquod, eorum quidem respectu, qui eam tanquam divinam acceptabant, extaret publicum Ecclesiæ testimonium vel judicium: Ex Scriptura autem fuisse æstimatam: Sic de Berrohenfibus legimus, quod conciones divi Pauli fide suscepserint, non quod per Ecclesiæ alicujus publicum testimonium & judicium commendarentur; sed quod Scripturæ sacræ, ad quam eas diligenter examinabant, conformes esse deprehenderent. Sic, non antecedente publico aliquo Ecclesiæ testimonio & judicio, audientes solummodo concionantem Paulum, *I. Thess. 2.* concionem ejus, tanquam Dei concionem Thessalonicenses; Ipsumque Paulum, tanquam Dei Angelum Galatæ susceperunt: Ob majestatem videlicet doctrinæ, quam Paulus prædicabat, & divinam, quæ ei aderat, *πνευματικ* & virtutem animos audientium ad se rapiendi, seq; ijs insinuandi.

*Ad. 17.*

*I. Thess. 2.*

*Gal. 4.*

### LXXXVI.

Hæc ex plurimis præcipua sunt scripturæ testimonia, quæ *της κατασκευής* veritatis, quæ est, quod sacra Scriptura fidei de divina sua auctoritate sit, in genere causæ externæ prima, maxima, optima, adducere visum est: Sequuntur rationes, & ex multis duæ cum primis, quibus eadem luculenter & invictè confirmatur.

*Pri-*

## LXXXVII.

Primum igitur, quia omnium consensu Scriptura sacra principium est, ex natura principij, que est ἀναπόδεικτη ἐνωποί, concludimus, hanc scripturam indemonstrabilem esse, hoc est, talem, que ad fidem de divina sua auctoritate, plenè faciendam, non indigat, extrà se, sufficiente aliqua auctoritate; sed cui per se credatur, & propter se, propter summam, que ipsi inest, majestatem & auctoritatem: Sicut aliarum quoque scientiarum principia summam in se habent rationem, ob quam principia & vera esse creduntur.

## LXXXVIII.

Hoc argumentum, ut per se est invictum, ita Lib. 9. Prin ipsum minimè confutasse existimamus Stapletonum, cip. cap. 3. dicendo: Principia Scientiarum esse indemonstra- Et lib. 3. bilia, in eo quod quid est; Demonstrari autem pos- defen. cōtra se, propter tarditatem nostram, demonstratione, Witaker. cap. 16. quia est; Auctoritate scilicet Magistrorum, qui sci- entias profitentur: Et sic auctoritate Ecclesiæ scri- pturas sacras demonstrari, non quid sit, sed quia sint, ut à nobis divinæ esse credantur.

## LXXXIX.

Frivolum verò hoc & nihil ad rhombum. Κριτικὸν enim, de quo queritur, est, que sit in genere cause externe prima, maxima, optima, sufficiens fidei de divinæ scripturæ sacræ auctoritate. Iam verò demonstratio principiorum, quia sunt, non facit plenam principijs fidem; sed ei solummodo viam parat; Ut discipulus alicujus scientiæ, rationem principiorum initio nondum animadvertis, auctoritate

ritate tamen Magistri motus principia esse credat. Quæ a. eruditior factus, principia esse, persuasissimū habet, non propter Magistri auctoritatē, sed propter rationem, quam in ipsis principijs animadvertisit: Itā etiam se res habet, de auctoritate Ecclesiæ ad scripturam: Ad credendam auctoritatem scripturæ Ecclesia sua auctoritate primitūs inducit: Ipsa a fides confirmata & πληροφορια ex scriptura ipsa est: Ad quod confirmandum argumentum propositum dirigitur.

X C.

Secundò, quia utrinq; in confessio est, scripturam sacram esse authenticam, ex natura ipsius ἀυθεντίας, idē hoc modo probamus. Dicitur authenticum, nō, quod publicè auctoritate extranea comprobatum est, atq; sic, ut Stapletonus ineptè loquitur & sentit, auctora-*Lib. 3. De-*  
*tum*; sed ex græcè doctissimorum omnium consen-fen. *adver-*  
su, quod sua auctoritate agit, se commendat, probat. *Witakerū*  
Est enim ἀυθέντης, ut Thucydidis scoliaestes testatur, *cap. i.*  
idem quod κύριος δεσπότης, ut ἀυθεντία sit talis auctori-*Vide ap-*  
tas, qualis est in Domino, pro auctoritate omnia a-pendicens  
gente. *Thesauri*  
*Henrici*  
*Steph.*

Hæc, non illa, τῷ ἀυθεντικῷ significatio cum sit, omnium rectè loquentium usu comprobata, ejusq; natura sit, sua auctoritate se commendare & probare, quis dubitet scripturam sacram hoc ipso, quod authētica est, repudiata, quantum ad fidem ἀυθεντίας suæ plenè faciendam, extranea Ecclesiæ auctoritate, solam fidei de divina auctoritate sua primam, maximam, optimam & sufficientem causam esse?

X C I.

Itā enim hinc anascevasticè simul & catastevasticè concludimus: Per quod Deus authenticè loquitur id, ut solum verè est authenticum, itā solum quoq; in genere causæ externæ, prima, maxima, optima & suf-

E ficiens

ficiens est, ad fidem omnium divinorum mysteriorum, atq; sit etiam  $\alpha\omega\theta\epsilon\nu\tau\iota\alpha\epsilon$  suæ, plenè faciendam. Sed per solam Scripturam sacram tanquam verbum suū, & non etiam per Ecclesiam, Deus authenticè loquitur. Ergò Scriptura sacra, ut in se est verè authentica, ita, exclusis ab hoc axiomate Ecclesiæ definitionib., sola in causis externis fidei, de  $\alpha\omega\theta\epsilon\nu\tau\iota\alpha\epsilon$  sua prima, optima, maxima, & sufficiens est.

X C III.

Minoris veritas non tantum suprà demonstrata est, sed & ejus lux tanta est, ut eam Adversarij vel invitii agnoscere & admittere cogātur: Apparebit hoc ex loco quodam Ludovici Molinæ in r. Thom. quæ. I. artic. 2. disp. I. quem sub finem thesium inde verbotenū transcribemus, ut vis veritatis ex Iesuitarum omnium longè eruditissimi à complicib. suis dissensu, tanto luculentius appareat, ipsaq; veritas magis placeat.

X C III I.

Restat, ut uno vel altero Patrum Orthodoxorum suffragio veritatem non tam probemus, quam illustremus. In primis vero illustria sunt: Primum illud Ambrosij: Noli Arriane ex nostris aestimare divina, sed divina crede, ubi humana non invenis. Tum illud Chrysostomi: Gravior est Scripturarum ac Prophe-  
*cap. s.* tarū doctrina, quam si quid à mortuis resuscitati re-  
*De Lazaron* nuncient, illud considera, quod quisquis mortuus est,  
*concione 4.* servus est: Quæ vero Scripturæ loquuntur, locutus est Dominus. Proinde etiamsi mortuus reviviscat, etiamsi Angelus de cœlo descendat, maximè omniū Lib. 3. de credendum est Scripturis. Tertio illud Salviani: Hu-  
*Providen-* mana omnia dicta argumentis & testibus egent: Dei  
*itia.* a. sermo ipse sibi testis est: Quia necesse est, quicquid incorrupta veritas loquitur, incorruptum sit testimonium. Quartò deniq; illud Iunilij, quo omnia  $\kappa\epsilon\pi\tau\kappa\pi\alpha$ , ex qui-

ex quibus scripturæ sacræ auctoritas commendatur,  
& commendata fide à nobis suscipitur, accuratè per-  
censens, testimonij Ecclesiastici ne meminit quidem:  
& quæ recenset κριτίξα pleraq; scripturæ ipsi insita  
sunt. Ita enim discipulos interrogantes & Magistrū  
respondentem introducit: D. Unde probamus libros re-  
ligionis nostræ esse divina inspiratione conscriptos? M. ex *De partib.*  
multis: quorum primum est ipsius scripturæ veritas: Deinde *divina le-*  
*gis lib. 2.*  
*ordō rerum, consonantia præceptorum, modus locutionis sine cap. 29.*  
ambitu, puritasq; verborum: Additur consribentium & præ-  
dicantium qualitas, quod divina homines, excelsa viles, infa-  
cundi subtilia, non nisi di yino Spiritu tradidissent. Tum præ-  
dicationis virtus, quam, dum, licet à paucis despectis, prædi-  
caretur, obtinuit. Accedunt his testificatio contrariorum, ut  
Sybillarum, vel Philosophorum, expulsio adversariorum, uti-  
litas consequentium, exitus eorum, quæ per acceptationes &  
figuras, & prædictiones prædicta; Ad postremum miracula ju- *Plura vide*  
giter facta, donec Scriptura ipsa susciperetur à gentibus. *De in dupli:*  
qua hoc nunc ad maximū miraculum sufficit, quod ab omnib. *Witakeri*  
suscepta cognoscitut. *XCV.* *cōtra Stap.*

Et per hæc, quod nos facturos suprà recipieba-  
mus, præstitimus: Ostendimus sc: anascevasticè &  
catascevasticè summā & excellentissimā auctorita-  
tē, non Ecclesiæ, sed scripturæ sacræ esse: Atq; hinc  
causam fidei, de divina scripturæ sacræ auctoritate,  
in externis primam, maximam & optimam esse, non  
Ecclesiæ judicium, testimonium & auctoritatē; sed  
scripturæ ipsius, quæ divinæ auctoritatis suæ testis  
divinissimus & longè certissimus est. Quod demon-  
strandum erat.

*Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, qui lucem habitat inac-  
cessam, & à quo omne bonum donum & perfectum provenit, toto pectore ora-* *i. Tim. 6.*  
*mus, ut, ipsius pralucente lumine, divinam Scripturæ sacræ majestatem, & au-* *Iacob. i.*  
*toritatē agnoscentes, eam tantò impensis amemus, devotius veneremur, dili-*  
*gentius scrutemur, & per hoc, divini Spiritus adspirante gratia, ad salutē ani-*  
*ma nostra aeternam proficiamus, per Iesum Christum Dominum & Servatorem*  
*nostrum, Amen.* *Sequi-*

Sequitur locus Ludovici Molinæ Jesuwitæ , de quo  
thesi 93 , verbotenùs descriptus ex ipsius in primam  
Thomæ commentario Quest. 1. articul. 2.  
Disput. 1.

**N**egat Melchiorem Canum secutus lib. 12. de locis cap. 3. Ecclesia definitiones esse principium fidei, sed hoc ad solam scripturam sacram perire, idq; ex hac ratione : **Quia** concursus, inquit, quo Spiritus sanctus præstò adest Ecclesiæ Catholicæ , ipsiusq; capiti, summo Pontifici, non est, ut aliquid de fide efficiat, quod ante non esset de fide : sed solùm ne erret in declarandis ijs, quæ ad fidem mediataè vel immediate pertinent. **Quarè** sicut in Ecclesia non est facultas & auctoritas, faciendi aliquid de fide, quod anteà tale non esset ; sed solùm fidelibus declarandi, quid certò de fide habendum sit : Ita neq; est facultas & auctoritas, condendi ullam novam scripturam, librumve Canonicum, aut partem aliquam ei addendi ; sed solùm dijudicandi inter libros canonicos & non canonicos. At verò auctores Scripturæ sacræ , quorum lingua , ut Regius Propheta in Psalmo 44. fatebatut , tanquam calamus erat Dei, & per quos multifariam multisq; modis loquebatur Deus, ut Paulus ad Hebreos 1. testatur , quemadmodum auctoritatem habebant , ut quod literis mandarent eo ipso ad fidem pertineret ; ità etiam novas scripturas condendi.

**Idem** scilicet dicit , quod nos thesi 92. brevius : Deus per scripturam sacram loquitur authenticè ; per Ecclesiam verò non loquitur authenticè . Sola igitur Scriptura sacra , non etiam Ecclesia definitiones , sunt principium fidei.



AB: 155087



28.09.1977  
J. Schröder

... ruit qm in san... gume agnū lauerūt stolas  
radicēt unit... corpora sua "pter cū ab...  
etruerūt habere coronas → perpertas. & in  
pani et filio et spiritu nū sc̄. N m lāg. Laudes  
mīlī multa passi sūt rovmenta. ut secuti puerūt ad  
tri. Evovac. a Cum palma ad regna puerūt sūt  
mīlī meruerūt de manu dei. Evovac. a Corpora sc̄  
a sūt & uuenit nomina eorum in cōfrū. Evovac. a  
mīlī qm beneoūte in cōfrū. Evovac. a Hartvī

Farbkarte #13



DE SACRA SCRIPTURA

DISPUTATIO III.

qua est

DE AUCTORITATE  
SCRIPTURÆ ALTERA, IN QUA  
Pontificiorum opinio anascevastice destruitur, eiisque op-  
posita veritas explicatur & catascevastice astrui-  
tur seu confirmatur,

Ad publicam συζήτησιν in Academia Gryphisval-  
densi proposita

à

BARTHOLEMÆO BATTO S.S.  
Theologia Doctore & Professore,

Respondente

BARTHOLDO KRAKEVITZ  
Nobili Rugiano,

17. Martii.



GRYPHIS VVALDI

Exscripsit Augustinus Ferberus Junior,  
Anno cIc. Ic. CIV.

